IACOBI SIMANCÆ PACENSIS EPISCOPI, COLLECTANEORVM DE REPVBLICA LIBRI IX.

Ex illuſtribus Theologis, Legum latoribus, Iuris conſultis, Medicis, Philoſophis, Poëtis, Hiſtoricis, aliíſque bonarum artium peritis.

OPVS ſtudioſis omnibus vtile, viris autem politicis neceſſarium.

In hac tertia editione adiecti ſunt ab auctore plures quàm mille loci memorabiles.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXIIII.

TOTIVS OPERIS ARGVMENTA.

Liber primus: De vrbe, ciuitate, & ciue.
Liber ſecundus: De rebus publicis.
Liber tertius: De Monarchia, & Rege.
Liber quartus: De Legibus.
Liber quintus: De Magiſtratibus, & eorum virtutibus.
Liber ſextus: De his quę vitanda ſunt à Magiſtratibus.
Liber ſeptimus: De republica Hiſpaniæ.
Liber octauus: De præfectis vrbium.
Liber nonus: De Regni gubernatione.

PHILIPPO

PHILIPPO SECVNDO HISPANIARVM REGI CATHOLICO, IACOBVS SIMANCAS EPISCOPVS PACENSIS.

SAEPENVMERO mecum ipſe reputaui, Philippe rex maxime, cùm eam artem quiſq; probè norit, in qua diu, multúmque ſit verſatus: quamobrem tot philoſophi (Ciceronem excipio) qui nunquam rempublicam attigerunt, tam multa libris editis de republica diſputauerint: nemo autem iuris conſultorum, quorum ars ferè tota reipublicæ eſt, de rebus publicis vnquam (quod ſciam) ſcripſerit: cùm de plurimis, variíſque rebus volumina ingētia confecerint, & in cognoſcenda, & gerenda republica multam magnámque curam feliciter, & præclarè adhibuerint. verùm vt illos omittam, qui in

IACOBI SIMANCÆ,

PACENSIS EPISCOPI, DE REPVBLICA LIBRI IX.

Præludium.

Sapientium, & prudentium ſententiis, auctoritati, & exemplis plurimum eſſe tribuendum.

ECCLESIASTICI
Cap. 39.

SAPIENTIAM omnium antiquorum exquiret Sapiens. Narrationem virorum nominatorum conſeruabit;id eſt,doctrinam ſapientium memoriæ commẽdabit. 1

Xenophon lib. 1. de ſactis, & dictis Socratis.

Theſauros ſapientium priſcorum,quos illi literis 2
mandantes nobis reliquerunt, vnà cum neceſſariis meis reuoluens, ſi quid reperiamus boni, elicimus: magnumque lucrum arbitramur, *& cetera.*

Iſocrates ad Nicoclem.

Manifeſtum illud eſt, libros, quibus præcepta 3
continentur, aut conſilia,ſiue verſu, ſiue ſoluta oratione ſcripta ſint, humanæ vitæ vtiliſſimos eſſe ab omnibus cenſeri. Cuius rei argumentum eſt Heſiodi, Theognidis, & Phocylidis poeſis: hos enim fatentur homines,optimos conſiliarios humano generi extitiſſe.